



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.14. Adhuc modicum tempus &c. & vado ad eum &c. Christus vt Dominus temporis, sedem habet super firmamentum: mortuus est, non quando voluerunt inimici, sed cum ipse voluit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

sis transigere tempus? Absit omnino, sed: *vt penitentiam agat.* Vide quid agas, caue, ne similis *Iob 14. 23.* sis illi, de quo dixit Iob: *Dedit ei locum penitentiae, & ille abstinuit eo in superbiam.*

V. Tangere videtur historiam (quam expendunt Deus pater, D. Chrylost. & D. Hier. & alias notauimus, eius quod superbus illis gigantibus acciderat, qui diuinam ita prouocant iustitiam in diebus Noë, vt eos diluuiio delere decreuerit vniuersali, cum-ctisque notissimo. Noë loquitur Deus suumque illi decretum exponit, ac præcipit, illi hæc indicet ipse peccatoribus: vt autem locum semper manum præbet iræ misericordia promittit illis centum viginti annos, quibus agant penitentiam, & vitæ studeant emendationi. Eo sensu SS. illi PP. hæc verba interpretantur: *Et erunt dies hominis centum viginti anni. Ne videatur esse crudelis* (inquit D. Hier.) *ad eum. Et erunt dies hominis centum viginti anni, id est do eis centum & viginti annos ad agendam penitentiam.* O quanta hæc misericordia. Voluntas Dei non erat illos non pramonitos opprimere, & minus ab eis exigere supplicium, quod intendebat, quandoquid tempus illis sese emendandi largiretur. Eximia huic diuinae misericordiae summa suã responderunt iniquitate, & qui mores suos emendare debuerant, in peccatis suis pernicaces obdurerunt, illis tempus illud impendentes, suosque in eo augentes impietates, quod illis agenda penitentia fuerat induluim: vt eorum singulis optimè conueniant paradisi a verba Iob: *Dedit ei locum penitentiae, & ille abstinuit eo in superbiam.* Hoc igitur egit Deus: *Quia penitentiam agere contempserunt, viginti annorum spatij amputari, anno centesimo venit diluuium super terram* ait D. Hieron.

D. HIER.
Tom. 3.

D. HIER.

Iustissimum hoc est supplicium, & illi similiter qui insolens adeo viuit, vt modicum illud tempus diuina sibi benignitate concessum, vt sibi consulat, moreque corrigat, obduratus suis impendit terrique flagitijs, quibus diuinã acerbè prouocat iustitiã. Et quã aquum foret, vt tibi illud auferret, eum talis sis, vt tempora tuã correctioni præstituta tuis consecres impudicitijs, vanitatibus voluptatibus, prauisque desiderijs: ne dum præterita in Deum scelera non emendando, sed alia superaddendo, furorem, eius itamque prouocando: Quod si reus tu eum esses læsæ maiestatis ob explosam in Regem bombardam, licet illum non occideris, quia thoracem gerebat areum & obfirmatũ, ipse Rex tibi diem diceret, diemque concederet, quo te ad locum reciperes tutiore, quam maiorem posset ipse tibi impetrari misericordiam? si verò tu illi tempore calcitras illum

VI.
Similitudo.

protuleres, & ipso spectante crimen iteratò committere tentares, bombardã parares, p. licet infunleres tormentarium, glandem inijceres, & suspenderes, atque in pectus eius exploderes: tu ipse index esto, num aquum foret, vt terminum tibi concessum obtineres, & in eodẽ te loco traheretur? Quid agit peccator, quando peccatũ admittit mortale? Bombardã in Deum explodit, & quantũ ex parte est illius, Deum cuiusque occidit essentiam, sed irritò conatur, nam ipse diuinæ suæ essentia: thorace præmunitus est, vt nulla possit eum glans quantumuis effracillima penetrare. Scelus hoc profligatorum in Deum facile agus admisisi, tui in eum explodens peccatum, expende, quid merueris. Attamen tanta est Dei misericordia, vt modicũ indulgeat tibi tempus, quod te serues per penitentiam, incolunẽ: *Ad hoc modicum tempus vobiscum sum:* hoc autem tempore quid agis? parum est, si parum discipulus sit, quod illo tibi minime salutis tuæ prosperitas, ino demor- & aliud parat in eum explodere flagitium: quid vis igitur vt agat? quid tibi sperandum? Hoc aget: concessum tibi temporis præscindet terminum, & vitæ tuæ dies abbreviabit, vt præcox mortuus in sempiternum.

§. 14. Adhuc modicum tempus &c. & vado ad eum &c. *Chrysost. vt Dominus temporis, sedem habet super firmamentum: mortuus est, non quando voluerunt inimici, sed, cum ipse voluit.*

Voluit similiter Dñs, etiam ex mente D. 88 **¶** Aug. principaliter altissimũ declare mysterium, quo diuina suam patefaciebat potentiam, q. d. illis non me capietis, nec pro uoluntate uestra occidietis, sed quando uobis id permisero, & hoc in tempore, quo capi me & occidi determinauit, hoc autem Christi responsum, non tantum ad ipsos dirigitur facillies & ministris, quã ad ipsos Principes, qui ministros eò destituerant, q. d. Optimè noui, qua uos intentione uenistis, & quis uos huc delegarit. Illic igitur reuertimini, & uestris renuntiate Dominis, ea quæ dico uobis est, cur ita festinatis non enim moriar, quando cumque ipsi uoluerint, sed quando ego uoluerio, & hora ad hoc ueniet instituta. Hæc autẽ nondum aduenit, adhuc modicum superest temporis: unde renuntiate illis: uelint, nolint: adhuc modicum tempus cum illis & uobiscum sum. *Nora sit Rupe. & Theoph. emphaticum habere illud pronomen: Vobiscum? hoc etiam torum erat*

¶ *Christus mortuus est, quãdo uoluit.*

erat Phariseorum, Principique studium, vt Christum expellerent, atque de suo, & populique conspectu eijcerent: eius namque presentia tædium illis maximè ingererat: quos animi pluribus ante Spiritus S. propoluit aggregatos in concilio suo: dicentisque, *Gratus est nobis etiam ad videndum.* Quibus futorem inferebat mortalem, noua quotidie vide miracula, & Christi nominis incrementum: siquæ persuadebant, quod ereptus ab eorum oculis continuo traderetur oblivioni: dicite illis non solum me non apprehendetis, sed velitis, nolitis adhuc modicum vobiscum sum, & in oculis vestris, & totius ambulo multitudinis, adhuc modicum inter vos operor miracula, & facio mirabilia, nec est qui mihi esse possit obstaculo. Hoc inter cetera, sicut ante diximus, euidentius demonstrabat diuinam Christi potentiam. Quales, obsecro, incedunt illi, quàm infanti, quàm arrogantes? Vt opinor illos Isaias inuenerit, & expio- dens ad nos conuersus, sic ait: En quàm arroganter incedant, quo fastu procurrant, quàm propere festinant, quo capiant, fundantque sanguinem? *Ps. 59. 7. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant ut confundant sanguinem.* Hoc autem sit tibi comper- tum, irritos fore omnes eorum conatus, & leonem me, laruam terribant: *Sed cogitationes eorum, cogitationes inutiles.* Quia non eis Dns iniquas suas patietur explere cogitationes, & sequetur illud, quod supra diximus: *Dum superbit impius, incensatur pauper &c.* Tanto Christus euadet illustrior, & gloria clarescet altiori: poterit enim decetare facinus, quo personæ siæ testetur li- quidò diuinitatem, nempe, quod ita sit Dns temporum, vt ordinate possit (inquit D. Aug.) & particu- laria decernere tempora natiuitati (sua), vitæ, ac mortis, idque a seo perfectè, vt illis nec mo- mentum quidem detrahatur.

II. Miranda planè fuit illa visio, qua vidit Eze- chiel quatuor illa animalia, vt nota solemus, ita prodigiola rotas post se trahentia: erant illa sub firmamento, ipsa & eorum capita, alæ, pedes & *Ezech. 1. 12. Semilitudo firmamenti &c. super capita animalium, sub firmamento penne eorum.* Super firmamentum thronum vidit speciosissimum, quasi Sapphyris compositum, in quo residebat similis filio hominis, iustar electi fulgentissimus, igni comparandus lucidissimo, tantumque placuit hæc visio Prophetæ, vt in ea Dei gloriam arbitrareretur sibi demonstrari: *Hæc visio similitudinis gloria Domini.* Quid igitur hic tantæ gloriæ & maiestatis comparandum, vt dici possit, diuinæ gloriæ Domini similitudo? num forsitan illa visio tam illustis, qua fruebat Isaias: *Vidi Do-*

minum sedentem &c. Hæc est, inquit, visio gloriæ Domini: manifestatiua: *Hæc visio similitudinis Isai. 6. 1. gloria Domini.*

Communis SS. Patrum scilicet hæc est, ad litteram intelligi de Christo Domino, cuius humanitas in hominis figura designabatur, & in electi ignisque specie diuinitas, quo totus circumdabatur & penetrabatur: cū enim ignis Dei referat figuram, voluit Spiritus S. id declarare, quod postmodum dixit Apost. Paulus. *In quo inhaeret omnis plenitudo diuinitatis.* Firmamentum phrasi S. Scripturæ, est primum mobile, de quo totius orbis firmitas, & omnes viuientium dependent actiones: & hoc est, quod Philosophi constitunt, in quo sit, & resideat, velut in proprio subiecto tempus, quod ab eius motu dependet. Animalia Monarchas designabant, & mundi potentiores, atque vt SS. PP. declarant in quatuor illis ele- ganter præfigurabantur quatuor mundi Monarchiæ: Chaldaeorum, Medorum & Persarum, Græcorum & Romanorum. Rotæ populos præfe- bant: regna subditos: nã cõducuntur, quo Prin- cipum voluntas liberit. Hæc omnia sub firma- mento erant: omnia namque temporis disposi- tioni subiiciuntur, quam Deus decreuit, sic vt illi in hæc nullam habeant potestatem.

Optimè dixit hoc Salomon virorum sapien- tissimus: *Non est in potestate hominis prohibere spi- ritum, nec habet potestatem in die mortis.* Vocat sapiens solem & cælos spiritum mundi: *Lustras Eccl. 1. 6. omnia pergit spiritus.* Sol hic per omnia currit, omnia illuminat, & eius influentijs, ac illius, cæ- lorumque motibus mundus in esse consistit. Nõ est, qui manum illi iniiciat, aut detineat, aut im- pellat, nec rotas illa: cælorum remouetur, nec tempus constituat, aut decernat, nascendi, vitendi, moriendi. Omnes Principum Regumque ac- tiones temporis subduntur à Deo præstituto, in quod homo nihil potest efficere, quantumlibet fortissimus: *Constituiti terminos eius, qui præteriri Tob 14. 5. non poterunt.* Non tu, non alter, non Rex, non Papa vitæ momenta, sed Deus illa constituit: *Constituiti.* Hæc Christi gloria est, quod in throno resideat, hoc est, plenà polleat supra firma- mentum potestate: etenim ipse est, qui tempora disponit & ordinat.

Ipse tempus suæ natiuitati disposuit, qua de causa loquitur Apostolus (ex mente D. August.) *Gala. 4. 4. Cum uenit plenitudo temporis, Multi dicunt: Quare non ante Christus? quibus respondendum: quia nondum uenerat plenitudo temporis moderante illo, per quem facta sunt tempora.* Tempus ipse & hora moriendi præsignauit adeo certam, vt donec



ipfa venerit, ne timueris, quod illi vitam possint eripere. Et hanc arbitror rationem esse conuenientem, cur toties Euangelista, mortis eius horam appellent horam eius, praesertim eximius ille Theologiae Doctor D. Ioan. Sciens Iesus: quia venit hora eius. Quomodo vocas illam horam eius: Ioan. 13. 1. Imo potius dixerit horam fuisse inimicorum: etenim quod intendebant, obtinuerunt, & ea ob causam ait illis Redemptor noster: *Hac est hora vestra.* Quando in nuptijs Cana Galilaeae eorum regina mater eius ab illo requiebat, ut vini defectui subueniret, illi Christus respondit: *Nondum venit hora mea:* quia secundum expositionem D. Greg. vocat horam suam, horam honoris sui & gloriae, qua faciendo prodigia consequeretur: q. d. Nondum aduenit tempus, in quo conuenit me signa operari. Haec ergo dicitur hora illius: sed hora mortis, in qua seipsum nedum non ostenderet gloriosum, sed omnium abiectissimum, non congrue dici videtur *Hora eius.* Imo potest, & proprie quidem eo modo, quo sapientissimi illi ac profundissimi Astrologi Magi Christi, ut Dei adoratores: nam hanc itineris sui, & adorationis rationem cansamque protulerunt: quia *Vidimus stellam eius.* Quam vocatis stellam eius? q. d. haec est stella eius ab ipso disposita, mota, producta, ita stella eius, ut ipse sit, qui eam creat in caelo fixit, motum tribuit, misit: quae nos moueret non minori potestate in caelo, quam tu in terra polles mittendi nuntium, eo ordine, & quo tibi libuerit. Qui hoc potest in caelo, & tanta stellas moderatur auctoritate, ut de illis edictet, ut vnam singulaeum creauerit eo tantum fine, ut ortum illius indicaret, optime diuinam suam manestaret essentiam.

Sicut autem illa dicitur hac de causa stella eius sic hora mortis illius dicitur hora eius: quia ipse, qui temporis potentissimus est moderator & qui cunctis sua designat tempora, atque omnium mortalium decreuit vitae terminos, idem ipse horam praesignauit sibi moriendi: quocirca vocatur hora eius, & hanc adeo constanter obtinet, ut non sit, qui decretum hoc, terminum hunc, hunc posse ordinem immutare. Ex praedictis nonnulli declarant, & mea quidem sententia subtiliter, hoc Christi ad discipulos suos responsum, pluribus scire mysterijs, quam verbis, imo syllabis. Sceleris Christus de Indaea, quia volebant eum Iudaei interficere. Contigit eo tempore Lazarum infirmum, de quo sorores eius Christum procul absentem reserunt certiores. Ait Apostolus, suis: *Eamus horis habuit duobus iam nunc volebant Iudaei occidere, & lapidare eum.*

dibus obruere: vix manus eorum effugisti, & denuo reueneris illic, ut nec discrimini vitam tuam alexque subijcias? Respondet illis Dominus: *Nunc Ioan. 11. 9. duodecim sunt hora diei?* Quod vel intelligitur, ut prouentum: etenim dicere solemus: duodecim horas dies continet, etiam si media sit hyeme, quando dies vix octo lucefer: sumitur enim computatio ab aequinoctio, quod ex duodecim recte horis colligitur, vel quia illo tempore tot dies horis constabat: erat etenim proximum aequinoctio, ad medium circiter Martij.

Quid igitur indicas? Dies ita duodecim horis constat, ut quidquid agas, nec illas extendes, nec abbreviabis: nam ex motu solis dependet: & sicut efficere non potes, ut sol ante finitum cursum suum occidat, ita nec efficere poteris, ut dies ante hunc terminetur. Expedire indicas ut sol ante sextam oriatur: eia igitur tantum inijcias soli, illum excita, fac ut pro pulo citius illic cesset. Quod si necesse tibi fuerit ut prius occidat, age, ut terminus ei praecindatur, & duodecim horarum tempus contrahatur: quando iam quinta vespertina appropinquat, propelle solem, ut ante sextam abscondatur: amentiam hoc faceret appetissimam. Vita Christi Saluatoris dies vna fuit per ipsum & aeternum suum stabili Patrem, in qua sol ille diuinus terram deberet percurrere. Ne tibi persuaseris, quod quantumlibet manus moueantur & pedes, quis efficere poterit, ut ante praestitum oriatur tempus: nec quidquid mouantur, ut ei necem inferant, vitae illius termini minuantur: ab ipso namque sunt ordinati. Hoc ipsis indicauit Apostolis. Habet vita mea tempus a Patre meo & me de terminatum: sol ego per mundum discurrens: nequaquam arbitris: quantumlibet mundi potentissimi mouantur: quod efficere poterint, ut ante praestitam horam occidam, & sepulchro defunctus abscondatur. Hoc verba illa significant: *Adhuc modicum tempus vobis sum. Jam, Adhuc modicum superest antequam mortis meae nox appropinquet: hoc implendum est, vobis vel uolentibus, vel uolentibus.*

Et ut fallat, hic spectat quod Spiritus S. notauerat de sole: eius extollit praerogativas: qualiter fons sit lucis, & per quem Deus omne bonum producit in terra: hoc signatur his verbis: *Non admirabile opus excelsi.* Vas est enim Deus lucem includit instrumentum est, quo supremus ille artifex operatur. Videamus autem quis illum dirigat, quis deducat: Ordo, & dispositio diuina, Dei praeciptum: *In sermonibus eius festinauit iter.* Ne tibi hoc arroganteris, quod eum possis cogere ut nullo puncto

IV. Quare dicitur hora Christi. Ioan. 13. 1. Luc. 22. 53. Ioan. 2. 4. Lib. 8. Ep. 6. in dicit. 3. c. 42. Matt. 2. 2. V. Cur magi dixerunt stellam eius. VI. Christi vixit dies horis habuit duobus iam nunc volebant Iudaei occidere, & lapidare eum.

VII. Similitudo. do. VIII. Christi vita solis cursui comparatur. Eccl. 43. 5

puncto citius procedat, aut festinet, vel detine- re, quantumlibet coneris : etenim cursus illius diuino decreto confirmatus est & præcepto. Sol hic Christus lucis & gratiæ, per quem illam in nobis Deus operatur, iter suum habet à Patre constitutum : agas quæcumque volueris, nõ illud contrahas, quantumlibet effecteris. Hoc optime quadrat alteri responso, quo Dominus Pharisæis respondit: illum etenim impellere voluerunt vt de regione illa discederet, Herode illum perterente, & laborante vt occideret: aut enim : *Vade hinc quia Herodes vult te occidere.*

Luc. 13. 31

Quærebant improbi illi Christum à se repellere, tum quia illos corripiebat, tum quia indices cernebant maius auctori aem eius sumere incrementum : idque eadem astutia, qua Amalias nequam sacerdos offensus Amos Prophetæ reprehensionibus, & inuidens nominis æstimationi, qua in plebe vigeat, illi persuadet vt illine excederet, sibi à Rege Hierobeam mortis imminere periculum: *Grades, & foga in terram Iuda.* Sed quid Dominus illis respondeat, audiamus: *Ita dico vulpi illi: Ecce eicio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertio die consummari verumtamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare.* Hoc illum nomine compellat ob vulpinas astutias, quibus Domini præcursoris Baptistam circumgenerat & capite truncauerat: ostendens sibi displicere, suæ repugnare voluntati, sed iurcitrando constructum se fecisse, quod faciendum imperabat: ipse namque huius erat artifex auctorque tragediæ. Ita, dicit vulpi illi: quod moriturus sum, quando mihi placuerit, & non quando mortem mihi inferre conabitur: etenim ipso licet inuito diebus adhuc aliquot superuiuam, atque in illis, non sub umbra tectorum & latebris, sed foris, atque in publico, miracula faciens inaudita & euidentia, & dieper me decreta, qua debeam immolari, illa, & non ante meæ vitæ terminum imponam, & exclamabo: *Consummatum est.*

Amos 7. 12

IX.

Christus mortuus est, quando voluit, & hora præstatura ab ipso.

D. Aug.

Omniem mouerunt lapidem (inquit D. Augustinus) vt eum occiderent, sed irritò, licet multo, conamine: non enim mortuus est, nisi: *Postquam omnia completa sunt, & dixit: Perficitum est, & abscisseti potestate, qui non venerat necessitate.*

Insuper hoc elatius Dominus exposuit verbis subsequentiibus: *Et vado ad eum, qui misit me. Adhuc medicum vobiscum sum, & tunc vado ad eum, qui misit me: Vado, quibus verbis duo significat. Primum: quod transacto illo medico sibi reliquo, moreretur: non quia volebant hoc*

illi, sed quia ipse voluntariè iret, & se morti traderet: ita vt, non tam illi forent, qui eum ducerent, quàm ille, qui proprio motu ad mortem festinaret: de quibus Dominica Palmarum, Secundùm ne crederent, quod occiso illo, eum eiusque memoriam abolerent, vt hoc ipsi prætendebant: imo potius mors illa mediū sibi seruiret ad gloriam & honorem: per hanc enim caelos ascenderet, ad æterni Patris sui dexteram assesturus: *Vado ad eum, qui misit me: de quibus die Veneris.*

§. 15. Quæretis me &c. Hic ostenditur verbum Dei viuum quod in cordibus operatur, & semper est audiendum.

¶ Verunt Saluatoris nostri verba adeo efficacia, vt ministrorū corda penetrarent, cuiusque amore inflammarentur, in tantum, vt reueri proposuerint, sicut de facto ad Dominos suos remeant, à quibus in pleno concilio anhelè expectabantur: quàm primum eos certum ingrediētes, percunctantur: *Quare non adduxistis eum? Vt quid Sap. 1. 8. 15. eum vinctū minime traxistis? Respondent illi eum vos ex hac parte capite: nos illū nõ capimus. Ministri sed ipsi vi verborū eius capti sumus: Numquā sic conuersi locutus est homo.* Notanda hic venit Christi verborū efficacia: *Omnipotens sermo tuus Domine: agit diuinitatem quodcumque libuerit.* Habes hic veraciter tem con-Christi in Christo quod mendaciter Herculi Poetæ as-Christi fitentur, finxerunt: quod ex ore eius catenæ proflitent quibus auditores suos cōstringebat, per quas verborū eius efficacia signabatur. Fabulā hoc habet: sed hic considera rei veritatem: illi namque Christum audientes na verbis illius capiuntur, vt ex sententia D. Aug. clarè Christi confessi sunt diuinitate: quia dicendo: *Numquam sic locutus est homo: fatentur hoc: impossibile est mortuū hominem, eo modo quo ille, concipiari. Et hæc fides est Catholica: nam meri & purus homo suo non potest verbo tot efficaciter perimouere, eo modo, quo illi libuerit.*

Expendū D. Chrylost. quàm verè verbis his se protestentur esse conuersos: *Vi præcones sunt sapientia Christi. Poterāt (inquit) sese excubare, quod illum minime cepissent, dicendo, hoc aulos non fuisse ob populi multitudinem, quæ magna confluxerat, & illum fuisset defensus si quis in illū manus voluisset injicere violentas, & nõ leue ciuitati scandali dedissent occasionem, quæ ratio Pharisæos ipsos alias ab eodē facere deiecit: *Non excubant se propter turbam non potuisse, quæ eū tanquā Prophetā sequuntur. Permissum sibi, ut a se**